

G.

Q. II, 109.

Kbd. I, 264. etc.

2457.

11

Q. D. B. E. I.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE,

GVLIELMO HENRICO

DUCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,

ANGARIAE, GVESPHALIAEQVE, RELIQA

DE
**STATV SAXONIAE TEM
PORE AVGVSTI**

A. O. R. MDCCVII. d. Decemb.

PUBLICE DISPVTABIT

SVB PRAESIDIO

M. FRID. GOTTHELF. GOTTERI

ALTENB.

RESPONDENS

GVLIELMVS CHRISTIANVS GEBHARDVS

VVILDVNGA VVALDECKVS

I E N A E
AERE MVLLERIANO.

1
GAIUS POMPEIUS TRIBUNUS MILITUM
DILEXIT ET DEDICAVIT HENRICO
VNGUERIE ET MULIERE, MELIORI
STATUA ZAKOJANAE
TOMI AVGVSTI
GAIUS POMPEIUS TRIBUNUS MILITUM
DILEXIT ET DEDICAVIT HENRICO
VNGUERIE ET MULIERE, MELIORI
STATUA ZAKOJANAE
TOMI AVGVSTI

2459.

ILLVSTRISSIMO COMITI AC DOMINO
DOMINO
FRIDER. ANTONIO
VLRICO,

COMITI VVALDECCIAE, PYRMONTI ET
RAPPOLTSTEINII, DYNASTAE IN HO-
HENEC ET GEROLSECK &c.

P A T R I P A R I A E
PIO, FELICI, OPTIMO,
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

ILLVSTRISSIME COMES,
DOMINE, ET PATER PATRIAE
CLEMENTISSIME,

DOMINO
FREDER. ANTONIO
ALRICO.



Gnoscas, DOMINE
CLEMENTISSIME,
quod ego, qui minimus
sum inter eos, qui no-
men TVVM submisse
colunt, TIBI adparere, huncque qua-
lemcunque labore m ad pedes TVOS
humillime ponere, ausus fuerim. In-
ter medios ciuium plausus & accla-
mationes votiuas, quibus ecclesia,
aula,

aula, forum, omnes denique pii cer-
 tatum quasi pietatis argumenta pro-
 dunt, CLEMENTIA TUA & mibi
 dabit, ut primitias has studiorum
 méorum, cœu indices voti mei animo
 submisso offeram. Immo fas erit, ut
 inter ciues gratulantes, adfulgente
 iterum Numinis gratia, nouo anno,
 ubi TE, Pater Patriae Clementissime, cum Serenissima Tua Con-
 iuge, Proleque Augusta, saluum ad-
 huc videmus, non sim ultimus, quippe
 qui omni iure ad hoc deuinctus vi-
 deor. Magna enim semper fuit gratia,
 qua non solum Illustriss. TVVS GE-
 NITOR, gloriosae recordationis, sed
 etiam Clementia Tua parentem
 meum prosequi dignata est. Haec &
 mihi iniicit spem, ut nullus dubitem,
 quin Clementia Tua & me clementi

a 2 oculo

*COLLECTAE CLEMENTIAE GERMANICÆ
se Tempor Epis.*

*oculo adspectura sit. TV Numen
michi tutelare es; at Numinis nihil,
licet sit tenuis, adspexitur, si modo
profectum sit ex animo pietatis ple-
no. Hac spe humillima fatus, ap-
precior ex animo, ut DEVIS O.
M. Clementiam Tuam quam diu-
tissime seruet, ut fulgentissimo Tuo
lumine regionis Tuae orbem illu-
stres, ut gaudeant omnes boni, flo-
rente TE, tanquam celsissima Illu-
strissimae domus Waldecciae arbore.
Cuius sub umbra Ego dulcissimam
quietem expecto, qui sum*

CLEMENTIAE TVAE,

Subiectissimus & deuotissimus
Seruus,

GWILIELM. CHRISTIAN. GEBHARDVS,
SS. Theol. Cult.

2468

SS (13) SS



Q. D. B. V.

§. I.

 Mnino felix regni status & florens duabus rebus maxime ceravit; quarum una, in perpetuo internarum partium ordine & concordia ponitur: certum sit, nullam rem publicam, nisi quae recta, ordinataque sit, quaeque nullo, neque Principis, neque parentium, neque ipsarum legum virtio laboret, aut fundamento suo consistere, aut enitescere, aut spem aliquam diuturnitatis attingere posse: altera est res apud exteras nationes, opinio, ut hae eius adspiciant actiones, laudent & admirentur, inque huius amicitia esse velint. Harum rerum amplitudinem & excellen-tiam superiori iam memoria consecuta esse nobis videtur Saxonia. Namque in iis, quae Regibus propria sunt, & in summis regnis praeclara putantur, suo se tempore AVGVSTVS ostendere poterat, ut non provincias, non ducatus habere, non Princeps, non Elector esse, sed Rex etiam visus fuerit.

A 2

§. II.

2464-

¶ (4) ¶

§. II.

Non est autem animus, qui tempore, qui rerum gestarum notitia a multis aliis superamur, Augusti praeclaros vitae actus, huiusque illustres decursus calamo prosequi. Quemobrem & haec vitare volumus, & quae satis hactenus dicta sunt, transgredi: nihil enim tam superflue, tamque vacanter diceretur, quam huius Principis exponere vitam. Multi enim sunt, & fuerunt, qui de eodem, quem nos attingimus, Augusto tractantes, se potius ad domestica eius negotia retulerunt: inque his praestantissimos viros, longeque in historia principes occupatos fuisse, deprehendimus. Nos autem, his licet impares, Saxonicae tunc temporis domus cum aliis Europae Regibus copulationes rerum, commercia, mutuaque horum studia pensabimus. Idque Peiferi, Consil. Saxon. Epistolarum, publico nomine scriptarum, iamque sub praelo sudantium, induiti argumento: quae lucem rebus Saxoniae allatae, & aliam ab hac dissertatione accepturae sunt.

§. III.

Exordiendum autem est caput, ab IMPERATORE, Romano-Germanico, & ita adsciriendum, ut perspici ab initio possit rerum consequentium excellentia. Summum vero id, ad quod sermo redit, positum est in I. G. Layrizii iudicio, (a) secundum quod tanta Augusti fuit auctoritas, ut tres potentissimi Caesares secreta quaeque consilia cum eo agitauerint resque suas

(a) Genealog. Palm-Wald. (b) Laurentius Peccenstein.
Fam. Wittek.

§ (5) §

suas consociauerint. Maximilianus (b) enim II. fraternitatis nomen cum Augusto usurpans, (c) cumque filio suo Rudolpho ut patrem venerandum ante oculos ponens; & Augustus vicissim benevolentiam sibi, (d) Pragae cum Ferdinandi liberis liberaliter educato, nauatam, ut paternam gloriens, quid fecerunt aliud scriptu dignum, nisi quod de summo vtriusque amore dicendi materiam nobis reliquerint? Innatus nimurum in Caesaris manibus est. Vedit enim Saxonia duos potissimum Principes, qui educati sunt in gremiis Imperatorum. Namque & noster Augustus, & ante haec tempora Thimo Ditterici filius (e) in Caesarii Henrici IV. aula, omnes pene adolescentiae annos consumsus, inque oculis Imperatoris fuit. Neque, quod ad Augustum attinet, dissentit C. S. Schurtz-fleischius, (f) Historicorum nostra aetate princeps, Augustus, inquit, oculus Imperii dictus est, qui Ferdinand I. rectissime consuluit, & dininis in rem publicam Germanicam meritis eluxit, ac revera Saxoniac suac Augustus fuit: neque a Ferdinandi I. excessu refrixit amor; sed summa potius studia, atque officia mutua, inter Maximilium II. Caesarem, & Augustum conseruata sunt, ac tanta inter illos familiaritas contracta, ut Maximilianus Augustum in fratris loco haberet, & Maximiliano vita functo, Rudolphus eum veneraretur ut patrem.

A 3 §. IV.

(c) Sigismund. von Bircken Sächs. Helden-Saal. (e) Joh. Georg Wilckii Sächs. Nepos. (e) Laur. Peccenstein. Fam. Wittek. & Albin. Stammbuch. (f) Vid. Dissert. de Friderico III.

2406.

¶ (6) ¶

§. IV.

Atque hoc idem Hubertus Languetus suis ad Augustum, aliosque viros, scriptis (g) probat epistolis. Namque tunc illi, quorum studia, vitaque omnis in Imperatoris dignitate amplificanda versabatur, a comodis, Caesari ex Augusti amicitia prouenturis, adeo non recesserant, ut Langueti potius literas & fidem in suspicionem adducerent, timerentque, efficere suis epistolis Languetum velle, ut arcta inter Imperatorem, & Electorem amicitia, disrumperetur, & huius animus ab Imperatoris abstraheretur. Inde in epistola ad Jenitium de hisce calumniis deplorat, valdeque conqueritur, Caesareos id perinquo pati animo, & ponere aduersus se odia, in perniciem itura.

§. V.

Itaque Augusti suau in Germania & susceptae, & confectae saepe res sunt, nonnunquam etiam intermissae: erat enim, teste Thuano, arbiter imperii, erat Germaniae moderator, erat lumen & oculus regni. Neque etiam aliud ex decreto in comitiis Augustanis (h) MDLXVI, omnium consensu dato, ducere possumus. Quem in finem bis etiam gesit vicariatum Imperii, cum scilicet Ferdinandus, & Maximilianus rebus humanis eximerentur. (i)

§. VI.

Verum in tanta rerum multitudine consuetudo imitan-

(g) Epist. Languet. a Ludov. edit. p. 197. & 266. (h) Elias Reusnerus Geneal. Famil. Wittek. (i) Laur. Peccenstein. Fam. Wittek. Ifr. Claudi. Stemma Saxonicum.

2407.

§ (7) §

imitanda epulantium est, qui in coniuicio opipare parato de omnibus aliquid decerpunt atque delibant, in doméstico autem famem sítimque depulsare coguntur. Namque in breui dissertatione cuncta illorum consilia, vsus, negotia commemorare, dementis effet; ex hisce vero Imperatoribus aliquod momentum addere, prudentioris est; eoque magis, quo Augustus tres fere Imperatores prospera fortuna emensus est, & ad glóriam suam longissimum aeuum peregit.

§. VII.

Valuisse autem Augustum auctoritate & gratia, apud Ferdinandum, vel hoc nobis persuadet: cum scilicet Imperator Viennae discedens, anno MDLVI, Pragam veniret, & ibi cum Augusto coniunctionem (k) regni Bohemici in posteros, omneque aeuum duratram iniire cogitaret: ab Electore in hoc proposito non confirmatus modo est; sed propius ad Saxonicae domus vtilitatem traductus; ita quidem, ut in foederis societatem Io. Fridericus, Io. Gvilielmus, & Io. Fridericus iunior adsumti fuerint. Quae deinceps copulatio animorumque coagmentatio sicut ex parte etiam ante Augustum inchoata; ita sequente tempore confirmata est.

§. VIII.

Et qui fuerit Imperatoris in Augustum animus, licet ex his suspicari. Neque enim putauit Ferdinandus haec tantum, quae quaerat Elector, benigna manu concedere; ideo, quod rogans saepe modestia sua, multo-

(k) Mulleri Annales, anno 1557.

§ (8) §

multoque silentio salute minus felix esse soleat. Itaque Caesar tanquam aliis non sit erupturus, neque quod haberent, inuisurus, si Augusto id daret, voluit, (l) si forte Io. Fridericus, (cui per Augustum erepta Gotha erat) & Anhaltinorum Principes proles mascula desiceret, ut Saxoniae Elector ad eorum terrarum possessionem perueniret. Exhaurire nobis videmur hunc fauorem, si exemplum ex antiqua Saxoniae historia adducamus aliud, ubi Ditmarus, Dietgrami filius, ob praesidium in oppugnatione Genuae, Henrico Saxon, (m) deinceps Caesari praestitum huius beneficio ad patrias possessiones peruenit. Neque etiam incommodo nomineatur Dietericus II. sed ad Augustum redeundum.

§. IX.

Atque hunc adfectum, tanquam a parente ingenitum, multisque accessionibus auctum palam fecit Maximilianus II, & memor quidem officiorum, quae Augustus vbique demonstraret, ad omnia iterum paratus erat, & vel stomachatus in captiuum Io. Fridericum, vel suppallaturus Augusto, decernebat illi successionem, si forte Io. Gvilielmi filii sine liberis futuri sint. (n) Idem in re Hennebergica fecit, vt si sors tuliterit, Augustus in haereditate primus sit, & vbique dignior haberetur. Addebat etiam Augustus industriam, diligentiam, quo prodesse Caesari, quo placere posset. Est enim anno MDLXV. habitus optimus amicus. Tunc

scilicet

(l) Muller l. c. (m) Peccenst. l. c. (n) Jo. Sebast. Mulleri Annal. des Chur- und Fürstlichen Hauses Sachsen.

¶ (9) ¶

Seliceet Cæsari contentiones quasi perpetuae cum
Turca in Hungaria erant, variaque fortuna bellum ge-
rebat: hic igitur Augustus praefto esse, hic Cæsarem
laborantem iuare volebat: proinde duo millia in-
structissimorum militum, (o) & quidem voluntario
motu misit, eorumque virtute cum aliis copulata, sine
dubio effecit, ut Turcarum copiae magno detimento
adfectae fuerint.

§. X.

Nouum est hoc, & si vis, aliquanto robustius ami-
citiæ argumentum, si non ex præsidii, non utilitatis,
non munierum magnitudine amicitia laudetur; sic qui-
dem, ut quo quisque maximum firmitatis, maximum
que opum possideat, ita amicitiae habeat magis, hu-
iusque adpetendum & laudandum esse amorem: &
qui habeat minus virium, amicitia minor videatur. Sic
zueri, sic imprudentes, sic mulierculæ amicitias me-
giuntur. O præclaram igitur Maximiliani & Augusti
amicitiam, quæ non ex donationibus & auxiliis; sed
mutuo vsu, menteque ipsa iudicatur. Ne vero co-
usque procedamus, & id, quod anno MDLXVI. siebat,
attingamus, quo Maximilian. II. Augusto Augustam Vin-
delicorum ad comitia Imperii venienti ipse cum multis
Principibus obuiam procedebat, illud ut odorem ami-
citiæ accipimus, quod Maximilianus Augustum in me-
tropoli sua viserit, primum quidem anno MDLXIV,
cum filio; deinde MDLXXV, quatuor filiis, duabus

B. v. a. r. p. filia.

(o) Petr. Albini Stamb. der Sachsen. Sleid. Edit. Germ.
Scad.

§ (10) §

filiabus, & Regis Hispaniae, Ducisque Sabaudiae legatis, gregibusque amicorum stipatus, ad Augustum accessit. Ibi autem, sive de mentis dulcissimo pabulo, & oblectationibus quaeratur animi, quae creari tam magnis hominibus solent, quaeque semper distinctae sunt ab iis, quae valent ad vulgum pascendum; sive de ratione iucunditatis, quae sensus, corpusque ipsum delinitur, aut haec oblectamenta honesta erant, aut nulla omnino? honesta autem fuisse, negare, hominum esset parum considerate loquentium. Augustus enim nihil eorum, quae ad hospitium magnificentum adornandum, talemque hospitem prolixe tractandum necessaria videbantur, omittebat.

§. XI.

Non vero amicitiae tantum eorum sermonem damus; sed commerciis etiam: proinde illud, quod MDLXVI inter Caesarem, pontificem Romanum, Eleftorem Palatinum, & Augustum gerebatur, principem locum occupat. Vnum enim est genus hominum adversum infestumque nobis quod res nostra tristis, salutisque prolapsus pascit, qui que homines se offerentibus vnde cunque rebus, parati compositique sunt, ad nostram, vel vi, vel machinationibus id fiat, euersiōnem: quorum fraus, nisi DEVIS prohibuisset, facere potuisset, ut paternis ob religionem exturbati bonis tabesceremus, & de grauiſſima ingenuis hominibus seruitutis conditione tacitis conqueſtionibus quiriremus. Namque si vñquam de animo pontificiorum erga protestantes; si vñquam de aduerso eorum-voto fortunarum nostrarum iudicari potuit; si denique vñquam

quam locus religionem amplificandi ipsis datus est,
quo violentia & impetu res suas confidere possent, is
profecto hic erat, hoc tempus erat. Tunc autem Imperator
ad Comitia Augustana iam venit, acturus ibi
de suppeditis contra Turcam, & deinceps etiam de reli-
gionis negotio: en! breui nuntius Pontificis praesto
est, cui Commendono nomen erat. Quid autem ibi le-
gatum fecisse credis, quid molitum, quibus mandatis
missum esse putas? Dici sane non potest, qua violentia,
quo furore agere secundum Papae institutum debuisset.
Prudentior tamen nuncius ipso impulsante domino
fuit. Et quidem res caeteras in illis fluctibus concio-
num putamus hic esse subeundas, quod semper Papa
pro bonis suis non sine impudentia contra reformatos
stare, & non raro felix esse solet. In ea tamen expedi-
tione, in qua contra Comitem Palatinum VII virum,
Caluinianorum quidem religioni addictum, agebat,
initio omnia prospere geregabantur, euentus tamen re-
sistit. Non vero tam hic, quam Augustus resistit, qui
eum auctoritate sua produxit. Et legatus quidem
Christophoro Würtenbergico, & Wolfgango Boiaro Bi-
pontino, infensis contra Palatinum animis, eloquentia
comite, Caesarem eo perduxit, vt res Romana superior
euaderet, dum habitu super hac re consilio, quod Palat-
tinus, tanquam reformatae religioni adductus, mini-
meque sub pace comprehensus religiosa sua doctrina
in Imperio tolerandus non sit, conuocatis principibus,
consentientibus plurimis, Palatino denunciatum est,
vti Septemuiratu cederet. Ex aduerso Elector Saxonie
Augustus rebus quidem poscentibus suis, idirimere

101411.1 V ob Bz s. z. fol. 10v acrem

§ (n) §

acrem sententiam, dirimere consilia studebat. Hinc
Caesari, hinc in alias partes distractis Principibus ob-
ieci, magnum esse, & neutiquam negligendum opus,
tanto principi adsperrgere dedecus, simulque Germania-
niam nouis implicare difficultatibus. Quae etiam inter-
cessio tantum valuit, ut rebus infectis Commando-
nus de seena descenderit. (p)

§. XII.

Augustus, qui ob prudentiam inter Germaniae
Principes fere Africanus erat, cum Caesare, reliquisque
belli sociis rationes contraxit tunc quidem, quando
pax per Mauritium parta, suo labore pleniusque dein-
ceps restauraretur, nostraque omnium laetitia promul-
garetur. (q) Quid in hac pace fuerit utilitatis, ex fe-
lici eventu aestimari potest. (r) Namque haec pax
haud summa videretur, nisi illa concilium Tridentinum,
quia repente praecidere non potuit, dissiisset, nisi librū
Interim antiquasset; (s) opera sunt magni animi, & hic
vnius Principis quidem. Quae singula, si vacaret re-
ferre, facile ostenderemus, & sapientem tunc Augustum
fuisse, & pium: scilicet, quia Turca magnam partem
vastauerat Hungariae, extinxerat hominum, in angustiam
adduxerat Caesarem Ferdinandum: Augustus nactus
hoc tempus magis idoneum, quam vñquam antea, de-
monstrabat, Caesarem hac pace Germaniae Principes
ad auxilia ferenda hortaturum, & contra denegatis
pacis

(p) I. A. Thuanus lib. XXXIX. (q) Thuanus I. XVI.

(r) Sylvest. Kundmanni Chron. Saxon. (s) Balthas-
tor. Mencii Histor. narratio de VII. Elector.

2473.

¶ (3) ¶

pacis conditionibus, tantam voluntatum mutationem
ipsis allaturum, ut periculum esset, fore, ut ex Prin-
cipum in religione discordia & pugna nouae tragoe-
diae efficerentur. Mentione igitur & usurpatione
tranquillitatis publicae pacis, concordiae, compositionis
auctor extitit.

§. XIII.

Pontifex Romanus, Gregorius nomine, mutatio-
nem in calendario adfectabat, Principibusque imperi-
tabat: quippe qui, tanquam summus omnium rerum
arbiter, temporum etiam rationem habere rebatur, &
Principes, quae optima tempora metiendi ratio esset,
docebat. Sed quia multum tunc inter mathematicos
viros agitata res est, omitamus iam hanc questionem,
an Principes sufficientibus rationibus instructi, volun-
tatem Papae defugerint? Sit igitur nostri studii caput
narratio, quo niempe animo Caesar Gregorii consilia
exaudiuerit. Ostendebat autem Imperator, se hoc ad
Electores delaturum esse negotium: quod etiam fecit,
& in primis rem cum Saxoniae Electore communicauit.
At enim hic Romani Pontificis mentem cognoscens,
non putabat, hisce mandatis esse obsecundandum. Illas
Papae literas non domini, sed auctoritatem iniuste ca-
pessentis esse, aiebat. Videlicet, quod hoc Caesar
Romano-Germanico turpe esset, arque indignum, &
summa eius dignitas macula quasi notaretur, qui dare
leges, non a Pontifice acceptas exequi deberet. Ad-
debat Augustus incommoda, quae ex hac calendarii
mutatione extitura essent, qua de re lege M. C. Lut-
dorpii continuat. Sledani l. XXII.

B 3

§. XIV.



S (4) SE

§. XIV.

Philippus II. HISPANIAE Rex, sine dubitatione,
multa cum Augusto negotia habuit, quae tamen ad
nostram omnia notitiam haud peruererunt. In his
autem forsan primo nominandum id est, ubi difficul-
tibus belli per Belgium crudeliter sacuentibus, Rex
pressus & confectus paene vndiquaque vel praesidia
belli, vel consilia depromisit. Atque illud quidem
elucet ex Epistola Peiferi CVIII. ad Carolum Arrago-
nium ab Augusto data, in qua Augustus consiliis Regi
adest optimis, quibus in primis rationibus bellum
sepelire tranquillatumque Belgium habere possit;
idque benignitate & gratia erga subiectos ciues fieri
posse, docet, si nimirum inquisitionis Hispanicae le-
gem scisceret, neque amplius antiqua religionis iura
& exempla rumperet, & de religione nullas leges pro-
poneret. Namque sine ullo errore dijudicare possu-
mus, Philippum in tutelam harum terrarum Augustum
aduocasse: neque dubium est, quin Elector ad id enixe
operam nauauerit; sed religio in censem venit.
Namque religionem, quae tunc ex vnde diffusis te-
nebris tanquam lux adfulgebat, promouere omni
studio cogitabat. Hinc eius auxilia adhortationes ad
clementiam sunt, pacis tutissimum instrumentum, exi-
lium inquisitionis. Fauebat quidem Elector Philippi
partibus, nec tamen Belgarum vtilitates omittendae
erant. Ita praeclarum huius nationis, & Saxonicae
Domus accepimus vinculum, quod erat Gvilielmi
Vranii Ducis cum Mauriti, Augusti fratris filia coniu-
gium. Haec enim copulatio ad eum pertinet splen-
dorem

§ (15) §

dorem & libertatem, qua Belgae hodie fruuntur, ea
putque ante alios populos extollunt. Namque hac
lege non insulse dixerim, Belgas suam felicitatem san-
guini debere Saxonico, dum ex hoc matrimonio fortis-
simus Mauritius, incomparabilis Belgicae libertatis ad-
sessor & auctor natus est, qui potentiam Burgundicant
in Batavia per parentem oppugnaram, variis modis
euertere laborauit, & bellum reliquias fratri Friderico
Henrico conficiendas tradidit.

§. XV.

Animaduertimus saepe regnum GALLIAE, alias
florentissimum, amicitiam quaerere Germanorum, &
cum belli difficultatibus laborat, in subsidium vocare
Germanicam virtutem, inuisam caeteroquin ipsis, nimis-
que abhorrentem a delicato viuendi vsu & inconstantia-
sed suo damno sentire, quam nostra ipsis virtus ne-
cessaria sit: quod eo magis valet, quo longius ad ma-
iores nostros recedamus, quia nos varium illud & in-
genii, & vestimentorum hominum exterorum imitan-
tes, subinde istud occidimus, quod peperit immortalis-
tatis gloriam, & ex quo deducuntur reliqua fortitudinis
monumenta. Sed haec videntur a re nostra remo-
tiora. Vitis igitur Galliae Regum & factis exponenda
sunt, quæ praemisimus. Veniant itaque ostentatores suaे
gentis, & florentissimi regni, & iam vel ipsi iudicent,
quid in regimine Francisci II. Caroli IX. & Henrici III.
laudandum sit. Nec vero nos in illum regni Gallici
eternum, infelicem & miserum statum insultabimus,
aut etiam vehementius volitabimus. Non enim Franciae
bella, non fortitudo, non fata, non vitia enumeranda
sunt

sunt; non Germaniae constantia, non dignitas; non
 denique Saxonia ipsa laudanda; sed negotia Saxoniae,
 quae cum Galliae regno habuit, exponenda sunt. Offi-
 cium autem, quod Regi Galliae Augustus praestitit, pri-
 mum continet in se ad pacem optimis rationibus in-
 eundam adhortationem, & deinceps gratulationem
 de matrimonio cum Elisabetha, Imperatoris filia, in-
 eundo. Sed antequam ad id amicitiae monumentum
 veniamus, quod est propensissimi animi signum, videtur
 adferendum esse tempus, quod huic negotio datum est.
 Celebrabantur tunc solennia nuptiarum Io. Casimiri,
 Comitis Palatii, & Electoris Friderici filii cum Au-
 gusti VII viri prole, Elisabetha, cum de Galliae salute
 Principes cogitarent. Est autem quoddam, idque sem-
 per inter bonos valet, quod decet in nuptiis, quodque
 cogitatione magis a conuiuiis debet quam re, separari.
 Ut enim potus abesse a cibis non debet; sic epula bono-
 rum coniuncta cum pietate sunt, & iuuandi alios decreto.
 Haec ita facta esse a principibus, tunc Heidelbergae
 congregatis, inter quos Augustus multis nominibus pri-
 mus erat, possumus existimare ex deliberatione lega-
 tionis in Galliam mittendae. Hic vero, bone DEVSI!
 qua concordia, quo studio, quo consilio in Galliae di-
 gnitatem atque salutem consentiunt Principes! Quid
 vota commemoremus? pari studio armatos esse le-
 gatos videmus: quos cum dominorum consensus con-
 vocasset, videntur sua sponte in salutem regni Fran-
 cici, reformataeque religioni addictos esse conuersos,
 Operae sane pretium est, euoluere Libr. XLVII. I. A.
 Thianii, qui sua eloquentia cum veritatis studio cor-
 and
 copia

¶ (17) ¶

pulata, rem egregie commendat. Habebat hoc omnino Rex Galliae ita, vt de hoc Principum Germaniae animo gratias ageret, & excusatione vteretur, si quid aduersi protestantibus accidisset.

§. XVI.

Adornatis igitur nuptiis Parisiensius, vbi conuiiales fabulae Colinius & religio, cupediae ciborum hominum dilacerata corpora, potulenta denique cruores nefando modo profusi erant: quibus quidem nuptiis nullas crudeliores vidimus vñquam, nullas audiimus: iussus est Schombergius rem nuntiare Germanis Principibus, & quidem in primis Saxonii, vt leuaret nimirum facinus Regis, & culpam in partes verteret. (t) Erat autem alia adhuc causa legationis; namque Andinus Poloniae regnum expetebat, inuito quidem Imperatore: huius igitur consilia interverttere legatus debebat. At videte pietatem Augusti. Nam quantacunque etiam prudentia, quantisque argumentis Schombergius caedem excusaret, ille consequi ab Augusto non poterat, vt plenius crederet, hanc rem a Rege ad euenturos reformatae religioni addictos non mandatam, & a Ducibus Guisianis effectui datam fuisse. Cum primum enim Cæsaris legatus Dresenam veniret, vt ageret idem pro Ernesto, Maximiliani filio, negotium, & sua auctoritate perficeret, vt Andinus transitu per Germaniam in Poloniae regnum prohiberetur: Schombergius Lipsiam concedebat, ne esset Cæsaris auctoritas, quam Regis Galliae apud Augustum maior. A vero hoc

Civitatis tem-

(t) Thuanus l. LV,

§ (18) 56

tempore rem ex voto non perfecit, ino hoc tantum perfecit, ut Augustum in conuentione cum Caesare incunda cestabundum redderet. Fama enim, teste Thuano l.c. percrebuerat, Augustum ad Andinum in Poloniam propterantem sua parte reprimendum fidem obligasse; & decern millia equitum cum stipendio in quinque menses pollicitum esse; fide vicissim a Caesare accepta, si filius Ernestus regno potiretur, fore vt Germanum, aliasque Borussiacae ciuitates, ab Imperio aueras, nec non Liuoniae eam partem, quam Poloni haut ita pridem iuris sui fecerant, Germanico Imperio restituat. Quare hic quidem legati Gallici labor ad infirmandum foedus valuit.

§. XVII.

Monlucius autem, alias Regis Galliae legatus in qua causa Polonica facile primus, compositis quam optime pro Andino in Polonia rebus, commeatum per Germaniam pro Rege nouo a Caesare & Principibus imperii desiderauerat, neque tamen impetrare potuerat, causantibus nempe ipsis vtriusque dissensum: Et Caesar quidem, quod hoc sine suffragio Principum facere non posset: Principes contra se prohibente Caesare, id iniuste concessuros esse, ostendebant. Alia igitur ratio itineris ineunda erat. Negabat proinde Monlucius, hanc rem satis dignam esse, quae coniunctionem inter Caesarem & imperium, & vtriusque regni Principes dirimeret: ita oportere de aliis iudicare, ne alterius offendamus virtutem. Nec vero deduci a suo proposito potuit, sed in viam se dedit, & ad Electoris pervenit terras. Ita necesitas excogitauit excusationem,

promo-

2479

¶ (19) ¶

promouitque proficisci studium. Tamen haec actiones leuitatis & audaciae paene ipsum conuincunt. Ut primum enim Lipsiam ingressus cum aliis delegatis Gallicis esset, res Gallica videbatur inferior, & Augustus nunciari ipsis iussit; mirari se, (u) cur sine impetrata veniam, Caesarisque accepto responso iter per Germaniam suscepissent: mandatque insuper suis, ut legatos quidem honeste accipiant, urbe tamen exire non patientur: quod a senatu oppidano nunciatum legatis est. Verum Monlucius excundi & vias, & varias excusationes facile inuenit: & ita post triduum, nullo magnopere prohibente, Lipsiam reliquit.

§. XVIII.

Alia ex re satis percipitur amicitiae inter Electorem Saxonie & Galliae Reges vinculum. Id autem erat in cura Augusti pro rebus Gallicis, ubi sibi certum legatum, qui in Gallia negotia conficeret, ad hoc in primis opus deligebat. Is enim Languetus fuit, qui ex quiete sua ad legati in Galliam munus euocabatur, & aliquoties de salute Galliae tractans, in illo regno versabatur. Cum enim post mortem Henrici Regis coepisset ibi adfulgere maior spes libertatis in religione, quam antea, per ipsum Elector hortatus est aliquoties Reginam, matrem Regis, Regem Nauarre & Conostabilem, ut cauerent, ne se opponendo voluntati diuinae, accerserent sibi mala, in quae postea se & regnum illud, alias florentissimum praecipitarunt.

C 2

Missus

(u) Thuanus lib. LVI. & Tobias Heidenreichs Leipziger Cronicke.

§S (20) §S

Missus deinceps est ob alias causas ad Regem Carolum,
cum adolescere coepisset. Ut pasim ex epistolis eius
constat.

§. XIX.

Ad hanc porro classem, quoniam ad tempora Au-
gusti spectant, res Io. Guilielmi, quas pro Rege Galliae
confecit, referendae sunt. Huius enim omnino ratio
habenda est in exponendo Saxoniae statu, & ita magis,
quod nomen huius Principis tam illustre fuit, ut for-
tuna & belli peritia immortalem illum statuerit. Et
hic quidem nemini obscurum est, quantum hic Prin-
ceps Galliae regno, in primis laboranti, subsidium attu-
lerit, quantumque in Galliae bellis effecerit. Ita etiam, ut
Rex officiorum & meritorum huius exteri Principis me-
mor, non dubitauerit, Ioan. Guilielmum magnis bene-
ficiis ornare. Donauit enim illi, vel si maius, merce-
dem magni laboris bellici dedit Ducatum Chatillio-
nensem, literisque potestate publica consignatis, hanc
donationem aeternam esse voluit. (x) Non autem hoc
sane nouum, siquidem illustriora scimus. Namque
Otto, Ruperti filius, gratia singulari Imperatoris Ar-
nulphi curam, Regniisque Gallici titulum consequu-
tus est. (y)

§. XX.

Verum quid in Galliae regnum amicitiam? nonne,
qui armis vtitur, hostis est, qui de superato hoste lae-
tatur, inimicus? At vero notum est, Augustum cum
Mauritio fratre ad Caroli V. gloriam cum Gallis signa-
contu-

(x) Mulleri Annales. (y) Peccenst. l.c.

§§ (21) §

contulisse, & apud D. Victorinum (z) reportasse, quod esset ad lauream satis. Quaeri a Wittekindo II. posset, quibus rebus permotus, oppugnauerit Godofredum, Daniae Regem, quo ipso animo tam propinquum sibi, qua denique mente Wilzas, Sorbas & Vandalos aggressus fuerit? (a) & responsio erit: propter summum erga Caesarem amorem & obsequium. Atque exinde quasi conficitur, quod Augusti cum aliis amicitia inuito Caesare esse non potuerit, nec stare cum Imperii Germanici detimento. Praeterea hanc rem longe aliter adducimus, quam vt ad ea Augusti tempora, de quibus in primis hic sermo est, referri possit.

§. XXI.

Sed quoniam haec productiorem & immoderatius excurrentem facerent dissertationem; nostrum est, quo plura habemus, quae Rex Nauarræ cum Augusto tractauit negotia, interpretari, vt facilius tum huius Regis, tum Electoris Saxonie aequitas, tum vtriusque religionem tuendi ardor expectationi nostræ satisfaciat. Cum enim in omnibus causis grauioribus, quas Reges inter se agunt, commoueri soleamus vehementius; tum maxime in caussa religionis, ita nos multa mouent, vt, quantum res nostra familiaris admittit, ad eam rem cogitandam, tantum temporis libenter impendamus. Quae cum ita sint, nobis tempore Augusti argumenta non desunt, quae animum attendere possunt. Huius autem caussæ difficilis est initium, quam exitum in-

C 3 veni-

(z) Eliae Reusneri Geneal. Wittek. Mencius I. c. (a) Pec-
censtein, I. c.

2482 -

¶ (22) ¶

venire. Namque menioria tenet posteritas, qua Rex Nauarrai, Henricus, religionem Protestantum cura- atque virtute, quo consilio, quibus denique opibus & copiis contra abstrusas Pontificiorum insidias, aduersus se vnde instructas, feliciter defenderit. Captus modo non esset tunc, vbi corona splendorque regni Gallici religionem ex circulo turbare videbatur. Tam florens enim fortuna temporumque munera efficiebat primum, ut de religionis veritate neque negaret, neque aieret; deinceps vero eam amitteret, penitusque ciu- raret.

§. XXII.

Ante id tempus, anno nempe MDLXXXIII, cum languidum religionis protestantium corpus, secum ipso discors, intestino flagraret odio, vbi & membra opinionum dissensu ab inuicem disparent, doctores que multa iejune & exiliter, immo litigiose nimis dis- putarent, ac vniuersa corruere viderentur: Henricus, religionis tutor esse voluit. Itaque legationem in Angliam, Belgium, & ad Germaniae Principes impe- rauit, & continuo Iacobum Segurium Pardallianum, re- formatae religionis hominem delegauit, atque negotium vt optima ratione conficeret, ius sit. Hi legati vestigia per multam Germaniae partem impresserunt. Omnia autem factorum prolixa esset enumeratio, & a nobis remota. Loquuti multa de religione sunt, dis- putarunt de Coena Seruatoris, nosque in hoc fidei capite parum a reformatis differre, optime demonstra- runt, si potest exacta inter coelum & terram inueniri simi-

2483

36 (23) 50

similitudo. (b) Nos sanc cum ad praeteritorum temporum recordationem animi excitemus, & ad veteris aevi spatia cogitatione decurramus, ad Carolum M. Imperatorem & Gallor. Regem ascendimus; qui cum Wittekindo Magno in religione negotia habuit, huncque a cultu gentili ad Seruatoris doctrinam ducere conatus est. Multa in illo bello singularia cognoscimis; sed nil est admirabilius, quam constantia Wittekindi, & ante conuersionem ad fidem, & postea. In his igit cum Augusto componi potest, qui acceptam a maioribus doctrinam LVTHERI constanter retinuit, neque illa re ab ea dimoueri potuit. In Caroli insuper negotio putat illustris Schurzfleischius, (c) praetextatam ab Imperatore fuisse religionem, dominandi autem libidinem veram fuisse caussam. Pari modo Nauarrae Rex religionem forsitan vrgebat, & dominandi cupiditas consilia dabat. Sed quoniam Saxonis recentioribus rebus Iucem adferre volumus, vt & hae in hac parte obscurae non sint, addimus: venisse legatos, (quod ex Henrici mandato primo loco facere debuissent, (d) ad Augustum: vbi operiosius paullo difficultatibusque impeditum se negotium suscepturos esse credebant: praecepue, quod Septemuir Caluinianis male cupere videbatur. In Augusti igitur regionem conspectumque cum venissent, accepti magna gratia sunt, neque eorum neglectum negotium. Et Elector, communicatis ita cum reliquis Principibus sententiis, in colloquium de hac

(b) Thuanus I. LXXXVIII. (c) in dissert. de Wittekindo.

(d) Thuanus I. LXXXVIII. Peiferi Ep. CXIX.

§ (24) §

de hac re commune consentit, curamque plurimam promittit. Haec tamen legatio tantum absuit a felici successu, ut potius multiplicatis in Gallia turbis, infectis rebus domum redierit.

§. XXIII.

Ad Augusti nominis gloriam, quam erat apud hosce Europae Reges consecutus, cumulum addidit ELISABETHAE, Angliae Reginae amicitia, eademque talis, quam vellem, quamque deberem pristino more adumbrare. Erat sane haec Regina in isto rerum omnium fastigio constituta, ut illius coniunctio amicitiae Regum amplitudinem illustrare videretur. Tanta enim mansuetudo, tam inusitata, inauditaque in foemini prudentia, tam denique incredibilis sapientia, miraculo multis erat. Namque, ut multa alia transiliamus, religionem tuendi studium in primis adduci meretur: quippe quod eam fecit, ut comparari cum Augusto posset. Hic enim Lutheri doctrinam dignum opus, in quo omnes neruos regiminis industriaeque suae contenderet, existimabat.

§. XXIV.

In religionis opere longe antiquissima & detestabilis est consuetudo, quae doctores saepe vesano quodam impetu impellit, ut rerum nouarum cupiditate induiti, secessionem ab aliis faciant, & multis persuadent, ut in nouas suas opiniones descendat: contententes, salutare esse, quum hac opinione a reliquis differrent, in aliis articulis sub communi religionis nomine latere. Idque tempore Augusti hoc facilius euenit,

2485

§ (25) §

euénit, quo religio nostra non ita pridem ab erroribus Pontificiorum emundata erat, & vniuersa adficta premebatur: vna quidem ex parte ab hominibus, qui latenter Caluinianorum dogmata disseminabant: altera ex parte a viris, qui opinionum quarundam dissensione a vero canone discrepabant: tertia, qui boni quidem erant, neque tamen sibi a scriptis vehementioribus temperabant, & nimis acerbe aduersarios habebant. Qua de causa Augustus, pacis cupidissimus, dolore adficiebatur. Pro multitudine igitur hominum aduersariorum & grauitate rerum, auctoritate sua publica supprimendos hos, bonosque in sententia confirmandos esse, arbitrabatur. Constituit igitur iis, quae ad pacis-cendum pertinerent, prospicere, & theologorum piorum iustum numerum deligere, eosque religione adstringere, ut sine studio dissentionis & partium, veram rerum diuinarum sententiam dicerent & laborarent, ut res ad concordiam adducatur: quae deinceps concordia ante Principes, consiliarios, aliosque multos theologos anno MDLXXX pronunciata est.

§. XXV.

Ea res, vt est aduersariis publice communicata, multos aegre habuit, fecitque, vt illi hanc concordiam improbris sententiis confixerint. Impugnatam in Germania concordiam aduersa apud exteros iudicia sequi oportebat. Aperiebatur hac re Angliae Reginae via, quam premens, putabat, hoc ipso nouam credendi formulam, aque illa Carolo V. exhibita plane diuersam, concinnatam esse. Idque cum aliter sibi persuadere non posset, per legatum Robertum Belum, tum ad

D

Aug.

¶ (26) ¶

Augustum, tum ad coniugem eius litteras mittit, ut ab Augusto ad veram huius foederis notitiam perueniret: simulque caueret, ne forte quid in regii nominis detrimentum & dedecus fieret. Augustus, qui gratia & auctoritate apud Elisabetham plurimum poterat, & bonitate caussae nitebatur, quod controuersiae nonnisi hac ratione componi potuissent, & in primis Angliae Reginam bene de hac re sentire vellat: ad literas respondet, & longa epistola rationes, consilia, & omnia, ad totum negotium spectantia, idque cum primis, in quo pretio & honore regia apud se dignitas sit, & fuerit, transscribi per Peiferum mandat, ut ex Epist. XIV. & XV. patet.

§. XXVI.

In hisce igitur religionis turbis & infinitis quasi conflictibus, Augusto non tam cum subditis ciuibus, Schiūzio, Cracouio, Crellio, Pierio, aliisque controuersiae graues videbantur, cum praesertim hi in manu sint Imperantis, & poenas aut praesenti morte, aut exilio ut dependeant, cogi possint: ipsa etiam prudentia & auctoritas furorem infringat. Ast res erat Electori cum Regibus. Omisis enim illis, qui Papae auctoritatem sequuntur, hic Angliae Reginam instabat, vrgebat, insestabatur: quae etiam post fata Augusti cum Saxonia rem habebat, ac praeter alia negotia in primis religionis tractabat, & res ab Augusto incepertas continuabat: quod apparet ex hac epistola, quam propter aliud etiam argumentum a nostro non absimile, communicamus, & forsan primum in lucem emitimus, quaeque, ab Elisabetha ad Fridericum Guilielmum scripta, ita se habet:

EPISTO-

¶ (27) ¶

EPISTOLA AD FRIDERICVM GVILIELMVM,
Electorat. Saxoniae Administratorem,
(Tit.)

Post Illustrissimi & nobis multis nominibus coniunctissimi Principis, Christiani vltimi, Duci Saxoniae immaturum obitum; non potuimus non vt parerat, pro doloris magnitudine, qua de talis ac tanti viri & amici tam nobis addicti amissione adfectae sumus, ad Clementiam Vestram ea scribere, quae & vetustissima inter regnum nostrum & Saxoniae Ducatum coniunctio & praesentium rerum perturbatus status summe requiebat. Hoc vero tempore, cum ad eius Christiani, Illustr. Duci interitum; Duci etiam Io. Casimiri mors, velut inexpectatus malorum cumulus accesserit, eiusque nepos Fridericus, Elector, Comes Palatinus Rheni, statu nondum propter nouitatem confirmato, multorum vicinorum Principum circumstrepentibus minis (vt audiimus) deuexetur: pro ea, qua de republ. Christiana, & Euangelicis ecclesiis reformatam religionem profidentibus contra tyrannidem papalem cura tangimur; facere non potuimus, quin de nostro in iis rebus iudicio, cum ad Clementiam Vestram, tum ad alias Imperii Principes, qui nobis idonei viisi erant, accurate prescriberemus. Fama enim ad nos perfertur, id moliri aliquot circumuicinos Principes, vt quanquam Illustris Comes Fridericus annum iam decimum octavum attigerit, illo tamen inuito curator imponatur, tum etiam id agi, vt religio multos iam annos in illis locis multa cum tranquillitate usurpata stabilitate sua.

D 2

mute-

¶ (28) ¶

mutetur. Hae res, quantum malorum cūmūlum non
solum in Imperii Germanici statum; sed & rempublicam
totam christianam inuecturae sint, vel caeci etiam vi-
dere possunt. Nam vt de posteriori primum scribamus,
quis illud non videt, Rōmanum Pontificem, omnesque
Pontificios id semper egisse & agere, vt Euangelii pro-
fessores quoscunque, qui papale iugum ac tyrannidem
ex aequo excuserint, inter se eos mutuis simulatibus
committant, arrepta ab eorum in nonnullis dissidio
occasione, cui tum vafre ac subdole somitem illi accen-
dunt, vt, nisi nos cautius in eorum vitandis insidiis ge-
ramus, nostraque culpa diuisos, facilime suppressuri sint,
quos coniunctos laedere ne sperare possunt. His illorum
partibus ac fallaciis vt mature occurratur, summe nobis
omnibus, qui papale iugum excusimus, prouidendum
est; quod ita demum fiet, si de R. Pontif. iniusta tyrannide
consentiamus, & quaestiones nonnullas, vt ira dicamus,
scholasticas, dormire sinamus, quae a seditionis quibusd.
pontificiorum flabello excitatae sunt, vt istarum opinio-
num dissidio distracti, illis ad extremum praedae simus.
Praeclare igitur optimus Princeps Christianus, piae me-
moriae; Dux defunctus in prouinciis suis de Eucha-
ristia quaestiones exagitare noluit, idemque in hac
nostra Ecclesia Anglicana curauimus, diligenter obser-
uari, ne nostris inter nos dissensionibus communibus
inimicis ludibrio simus. Hoc quidem exemplum
Celsitud. Vestram prudenter sequi, valde expetimus, ne
in varias partes distracti iucundum illis spectaculum
nostris digladiationibus praebeamus. Cum igitur
multis modis ad nos iam diu perlatum sit, vehementer

id a

2480.

¶ (19) ¶

id a nonnullis Principibus supra modum vrgeri, vt im-
posito Illustrissimo Principi, Friderico Comiti Palatino
curatore religionis & ecclesiarum status in istis locis
quiete constitutus perturbetur : Euangelicis omnibus
Principibus summa ope euitandum est, ne hanc rerum
innouationem introduci patientur, quae sine dubio
maximum vtique incendium excitabit. De nobis qui-
dem hoc verissime adfirmamus, eam inter nos & Pala-
tinos Rheni Comites ab arctis vsque temporibus ami-
citiae necessitudinem intercedere, vt huius Illustrissimi
Principis, qui nunc eum Electoratus gradum obtinet,
iniurias pati nolimus, sed eas, tanquam nobis ipsis il-
latas interpretatur simus. Ideoque Clementiam
Veltram inprimis, tum alios etiam Principes Imperii
hortamur, vt ad praesentem & dignitatis & religionis
statum tuendum auxilio adesse velitis, ne his rebus ne-
glectis tale vulnus ecclesiae christiana infligatur, quod
facile deinceps curari non possit. Nam quod ad cu-
rаторем Illustrissimo Principi dandum attinet, omnes
norunt, curatores inuitis dari non solere; praesertim
cum id aetatis sint, eaque ingenii maturitate, vt rebus
suis praecesse posse soleant, tum etiam exemplis plu-
ribus rerum gestarum & constitutionibus Imperialibus
praecclare sancitum est. Cuius etiam rei, vt permulta
in Electorum familiis exempla produci possunt, &
Ludouici, huius Palatini Comitis patris testamento di-
fertis verbis est constitutum: nobis certe haec de cu-
ratoria potestate quaestio moueri videtur, vt per spe-
ciem imponendi curatoris, religionis forma recte con-
stituta, a longo iam tempore stabilita, permutaretur, vel
euertatur funditus.

D 3

His

His igitur technis & machinationibus Excellentiam Vestram obuiam ire, pro ea, qua pollet auctoritate vehementer oramus, ut huius iuuensis, optimæ spei Principis, gubernandi consilia, (nulla facta mutatione) pacifica & tranquilla sint, ne res semel infeliciter commotae maximorum motuum & malorum edant incitamenta. Quod cum Excell. Vestram tam promutua Ducatus Saxoniæ & Palatinatus coniunctione & veteri principum necessitudine, quam pro religionis & eccles. reformatarum cura facturam libenter confidimus; tum illud etiam ab eadem summis viribus contendimus, vt quæstiones illas haud vtiles aut necessarias, quibus ecclesiistarum reformatarum vnitatis contra papatum discinditur, per Ducatum etiam Saxoniae confpire faciat, ut potius cum pontificiis, qui veri sunt hostes ecclesiae, communī consensu vnanimiter depugnemus. Qua in re pontificii serendis inter nos discordiis nimium sibi placeant, & suarum versutiarum laetato successu quoque triumphant; Excell. Vestram totopercitore oratam volumus, ut D. Crellii, defuncti Ducis Cancellarii, qui egregiam, & fidem ei, dum viueret, & operam nauauit, & nunc in custodia longo tempore detinetur, rationem habeat, vt nostris precibus pristinae libertati restituatur, ita, ut nulla occasio per eum in posterum detur, perturbandi status ecclesiae in eo Ducatu. Quod etiam non minori studio pro Doctore Pierio, Sacrae Theologie in Wittenbergensi Academia Professore, efflagitamus. Quibus in rebus si, quod sperauimus, Excellentia Vestra nobis gratificari voluerit, intelligent pontificii hoc exemplo, non
tanta

§ (31) 58

tam acriter, quam illi cupiunt, propter qualemcumque opinionum diuersitatem nos odia inter nos exercere, sed ea facile, vt inter fratres, deponere posse, vt communi consensu iniustae earum tyrannidi obuiam eamus. Hoc, vt publicae reformatarum ecclesiarum vtilitati cessurum est, ita nobis erit summe gratum. Ita Clementiam Vestram recte valere ex animo optamus. Datae e regia nostra Grinuici, die mensis Iulii xxvii. Anno Domini c^o 1592. Regni vero nostri xxxiii. Vesta bona Consanguinea Elisabetha.

§. XXVII.

Angliae Regina litteras mittebat ad Annam, Augusti coniugem, quia sciebat, illam multa apud maritum ad persuasionem posse. Probatum, laudabileque est inter reginas fœminas litterarum commercium: sed putemus, has litteras casu, vel amicitia impulsante missas esse? Sane ex his, quae sequuntur, aliud etiam adparet. Annam enim consilii priuatis non raro interesse, & multas subditorum ciuium res, vt eorum inopia leuaretur, ad Augustum prudenter deferre, Regina audiuerat. (e) Hoc etiam Calvinianorum partibus addicti aduententes, homines versutos ad Eletricem subornabant, qui se ingererent, suamque doctrinam sensim & sine sensu in aula propagarent. Quae, si ita se habeant, siccirco ab Elisabetha ad Annam missas fuisse literas, videmus, vt haec maritum ad Reginae partes & vtilitates traheret: Verum responsio.

(e) Wilke Nepos.

§. (32) §.

sponsio Ep. XVI. contenta in mariti litteris adeo fundatur, vt in omnibus cum illis concinere, neque etiam verbis admodum discrepare videatur.

§. XXIX.

Quæ sunt autem munera porro, quae Reginam Angliae & Saxonem copularunt? negotiationis. Quanto enim grauiores & illustriores erant res religionis, tanto periculosior hic de priuilegiis ciuitatum Hanseaticarum in commerciis videtur ratio; quæ fortunam ciuitatum Hansæ ita occidit, perinde ac si internecino bello certassent, idque Reginae odio. Inuiti tamen facimus, vt hoc verbum de summa intermortales Regina usurpemus. Sed sunt haec ex historiis probanda. Londini nobile erat Hansæ Teutonicae emporium, cui ab Henrico Rege priuatae leges irrogabantur, & a quatuordecim Regibus auctoritate longa roborabantur, vt ex diplomatae MCCLXVIII. dato ad Hamburgenses in primis spectante, & a Lambecio postea edito, clarum est. (f) At vero tempore Eduardi VI. adficta earum fortuna est, regnante Maria, restituta quodammodo; Elisabethæ vero diebus paene euersa. Regina enim putabat, hanc societatem in Anglia non sine intertrimento mercatorum Londoniensium florere, sed his damnum fieri; in primis cum socii vi priuilegiorum leuiora omnino stipendia pensitarent, qua re de sanguine Angliae quasi detrahiceretur: propterea ista priuilegia rescind-

(f) Lamb, rerum, Hamb.

2493.

§ (33) §

rescidere, reuocare leges conabatur. Neque enim ab hoc instituto intercesione Imperatoris, neque ullis rationibus dimoueri potuit. Quibus rebus Caesar, Rudolphus II. reliquique Imperii Principes consilium iniere aliud, & vim vi repellendam, ac mercatores Anglicanos ex nostris emporiis eiiciendos esse statuerunt. Quae res tamen postea ansam dedit, ut varia scripta aculeato quidem stylo vtrinque missa fuerint. Euoluantur hac de re Cambdeni Annal. Ang. Chyraeus, Hagemeyerus de foedore ciuitatum Hanseatic. & Kirchmeyer. de inauspicio civ. Hanseat. egressu c. III.

§. XXIX.

Quorsum autem haec, & vnde copulatio rerum cum Saxonia & Angliae regno? vt intelligamus sequentia. Namque praeterea, quod Imperator deinceps negotium hoc ad Electores detulerit, & consequenter Saxoniae Elector sententiam suam conferre debuerit, videmus ex Epistola nostra XVIII, quod iam antea in eodem negotio Elisabetha litteras ad Augustum misisset: quibus queritur, interdictum ab Augusto promulgatum esse, quo mercatoribus Londinensibus usus commerciorum in Germania denegatus fuerit. Verum Augustus hoc praeceps negat, quamvis dissimulare non posset, ad se delatum fuisse, mercatores Anglicanos suis negotiationibus & pretio, quo fere in immensum merces onerarentur, efficere, vt Germaniae haut leudamnum iniungatur.

§. XXX.

Caeteroquin magnam inter Angliae Reginam & Saxoniae Electorem intercessisse amicitiam, ex variis

E monu-

§ (34) 58

monumentis, in primis ea benevolentia clarum est, qua
Regina merces ad Electorem spectantes sine vestiga-
libus euchi voluerit, & rogata concesserit.

§. XXXI.

zobn Expositis itaque officiis quibusdam, quae fuerunt
inter Reginam Angliae & Augustum: deinde de
coniunctione & commerciis Regni POLONIAE dicen-
dum est. Quorum ratio est duplex: namque Saxoniae
Elector aut beneficia regno Poloniae tribuit, aut ab
ipso pro aliis accepit. Illustre est hoc posterius offi-
cium, & utile, praesertim quod illud de magna Saxonicae
& Brandenburgicae potentissimae domus ami-
ctia loquitur.

§. XXXII.

Ducatus Borussiacus habebat runc Principem, &
corpore & animo male affectum, qui grauiora Ducatus
negotia adeo non sustinuit, ut potius confusa, pertur-
bata & permista viderentur plurima. Curator igitur
his rebus praeſciendus erat, isque talis, qui maiorum
prosapia & generis nobilitate, ac denique prudentia
eas reficere posset. (g) Deligitur hunc in finem Georgius
Fridericus, Marchio Brandenburg. Hoc facto,
conuersiae statim de fendo existunt, aliquique articuli
Rege Poloniae adduntur, qui Marchioni probari vix
poterant. Proinde Georgius Fridericus neque hanc
rem prorsus negligendam, neque etiam ferro & vi

(g) videatur inter multos alios Christoph. Hartknochs alt
und neu Preussen, part. II.

§ (35) §

agendam esse censebat contra eum, qui beneficium tribuerat, magnaque sua potentia timendus erat: hinc optimum factu arbitrabatur, si interuentu Principum, eorumque talium, qui auctoritate apud Stephanum, plurimum possent, rem conficeret. Atque hunc in primis esse Augustum, ipsi notum erat. Isto probato consilio, nactus nempe idoneum defensorem, Georg. Fridericus legatis Augusti stipatus, in Poloniam contendit, aque Rege, Saxone quidem adiuuante, nihil non consequitur. Quem deinceps fauorem a Rege Poloniae Marchioni exhibitum, Augustus multis modis augere studet, prout ex Epist. Peiseri XXII. -- XXVII. apparet.

§. XXXIII.

Quae sunt autem vicissitudines rerum, & inclinaciones tranquillorum temporum, has Stephanus cum primis cum Mosco sensit: quae tamen bella eo minus attingimus, quo longius a Saxoniae negotiis cu raque Electoris absfuerunt. Id autem, quod notamus, est illud momentum, quod Thuanus l. LXXII. obseruat. Regem Stephanum bellum antea susceptum anno MDLXXX. persequi voluisse, & in re pecuniaria procuranda, & militibus consribendis, toto pectori, incubuisse. Ad Augustum vero ante alios Principes, ut potentissimum, beneque nummatum, legatos suos dirigit, expositaque victoria praecedentis anni, praesidia poscit; ab Augusto impetrat, dum tantum pecuniae, quantum per temporis breuitatem exigi poterat, Regi mutuam dat, interpositis nimirum literis obligatoriis, quae continentur in Epistolis nostris n. XXXI.

E 2 & seq.

& seqq. Neque etiam consilio, aliisque ad bellum, continuandum subsidiis Regi deest Augustus, sed optimos milites, qui per multos annos omnes militiae artes edocti fuerant, commendat, & victorias gratulatur.

§. XXXIV.

Venimus nunc ad nobilissimum cum DANIAE regno commercium, quoniam id ad institutum nostrum egregie facit. Et copulatio quidem antea inter Daniae Regem & Saxoniam in primis domum erat facta, secundum quam res religionis, Regis Ferdinandi electio, aliaque (h) Imperio Germanico utilia custodienda erant. Quod, cum Augusti Electoris antecesserit tempora, mittimus & putamus, id animum Augusti praeparasse quasi, & ad aliud cum regno Daniae vinculum inuitasse. Wittekindus nempe ducebat vxorem Geuam, natam Daniae Reginam, Godofredi filiam, ut hac coniunctione labascentem, & prope cadentem Saxonum potentiam fulciret. (i) Et Saxonia illo tempore cum Dania iterum per matrimonium copulabatur, cum Augustus Annam, Christiani III. filiam, duceret: cuius coniugii Deus ipse auctor fuit. Productior etiam in felicitate matrimonii huius describenda foret oratio nostra, nisi id plurimis notum esset. Quapropter hoc tantum amicitiae munus adiicimus, cum Fridericus II. Danic Rex, (k) vna cum fratre Duce Magno & matre, Augusti amicitiae caussa visitans, prope Lipsiam

(h) Hortled. Ursachen des teutschen Krieges, lib. VIII. c. II.

(i) Peccenstein I. c. Ioan. Henr. Boëcler de Witteck. M.

(k) Heidenreichs Leipz. Chronicke, p. 152.

¶ (37) ¶

Lipsiam magnifice ab Electore exciperetur, ac bene
deinceps haberetur.

§. XXXV.

Quod erat officium dati promissi, descriptis paene omnibus Europae Regibus, nunc Sebastianum, LVSTITANIAE Regem, non habito quidem Regum ordine, in proscenium adducimus. Cuius mentionem iniiciendi nobis cauſa eſt & incitamentum, Regis in exteriores homines animus, & Iesuitarum natura, ſine qua nec dici hic quicquam potest, nec demonstrari. Iſti enim homines neglecto ut plurimum vero Dei cultu, cum ſint tacitis flagitiis ac sceleribus inquinati, religioſi videntur, ſi sanctis sermonibus, ſi habitu ad ſpeciem sanctitatis composito incedant. Nihil magis profiteruntur, quam Papae auctoritatem, bona que & mala cum huius conſensu & conuenientia metiuntur; totosque vitae actus disponunt. Et quoniam hanc auctoritatem apud Principes potissimum valere, Pontificis Romani interefft, ad intima aulae penetrare laborant, manumque rebus gerendis publice admouent, tanquam partem regiminis laturi. Idem maximum bonum iudicant diuitias, quas ſi ciuilibus artibus aſsequi non poſſunt, sanctioribus aſsequuntur, & usurpatione, diuini nominis extorquent. Sed nec diſfundamus nos multis: unum huius rei teſtimonium porrigamus. Sebastianus enim pro nobis conſiſtit. Namque ut refert ſaepius adlegatus Thuanus lib. LXV. Iesuitae in aula Lufitanica partem ſibi in republica arrogare voluerunt: in primis cum ex eorum nutu res tunc in aula

E 3 pende-

2498-

§ (38) §

penderet. Verum Aluarus Castrensis variis argumentis motu, Regi demonstrauit, Loiolitarum rerum ciuilium imperitia factum esse maximum damnum. Namque conditis sumptuariis legibus commercium valde labefactatum, & vectigalia Regis multum immunita esse, dignis experimentis, vtut non optima mente docebat.

§. XXXVI.

Quocirca Augusto locus ad Sebastianum scribendi & conquirendi datus est. In suis enim litteris demonstrat, Iesuitas scrupulosa seueritate naues peruestigare, & in negotiatorum conscientias inusitato prorsus modo inquirere, liberumque omnibus aërem non nisi suae religionis hominibus quasi concedere. Id autem Augusti quidam ciuis, Cramerus, in Indiam iter parans expertus fuerat, Electorique perscripserat. De his enim testis abunde sufficiens est epistola Peiferi LXXXVIII.

§. XXXVII.

Poteramus iis, quae diximus, esse contenti: sed perlustrandi sunt ii, qui & nominis excellentia, & vsu cum Electore ad reges proxime accesserunt. Sic nominandus Sabaudiae Dux est, sic de Florentiae Duce dicendum. Quid igitur summus Pontifex, nomine Pius V, Cosmo I, Florentiae Duci, fecerit, & quemadmodum supra omnes eum Principes, inque regiam dignitatem collocauerit, non tantum ex plurimis rerum Italicarum scriptoribus notum est, sed passim etiam sermone quotidiano usurpat. Quaecunque enim tunc Papa adgressus fuerat, non inania erant, sed habebant

2499.

¶ (39) ¶

bebant figuram & significantiam magnam, quorum vis Maximiliani maiestatem Caesaream obtenebrare, & Principes imperii aegre habere videbatur. Italiam enim non habere regem, nisi Caesarem, tunc dicebatur, & si haberet, haud sane a Pontifice Romano.

§. XXXVIII.

Hoc igitur factō Sabaudiae Dux putabat, se in dēteriorem locum reiici, si ista Florentino eminentia concederetur. Namque summus ille rerum diuinarum sic dictus antistes Ducis Sabaudiae praeter alia beneficia, id definiuerat, vt hic summo inter alios Italiae Principes loco stare deberet, ne excepto quidem Florentino. (1) Non videbat autem Sabaudus, quid corona regia in capite Hetruriae Duci sibi vellet, qua sine dubio suae domus dignitas obfuscaretur. Rem igitur, ut non sine argumentis putamus, Caesari Maximiliano inquirendam proposuit, vt hanc Pontificis audaciam reprimeret, nouamque in regem creationem anti quaret, & Imperii Romani Germanici auctoritatem vindicaret ab hominibus, qui iniuste aliquid contra eam tentarent. Quid quod hanc de nouo titulo caussam Augusto communicauit, eiusque apud Caesarem regnique proceres, auxilium contra vim suae dignitati illatam implorauit. Proinde Augustus multas litteras promissis replet, legatos mittit, & quoad potest, pro caussa Sabaudica stat. Aliquando etiam legato, in aula huius Principis negotia tractanti varia imponit, vt, si forte noui tituli Duci Florentiae mentio fiat, caurus sit, remque

(1) I. A. Crusii tract. de praeminentia.

2500

35 (40) 55

remque ad Imperatorem & collegium Septemuirale remittendam esse, respondeat: sine his enim interpretibus frustra disputari. vid. Epist. LXXII. in fine. Clarissimam autem lucem in hoc praecedentiae capite ministrare possunt Epistolae LXII. LXIV. LXV. LXVI. in primis autem LXVII, vbi Elector omnem controuersiae neruum tangens, his vtitur verbis: *Cum autem Romanus Pontifex, qui Illustr. Mediceorum Ducum familiam maioribus titulis primus auxit, ipse litteris suis ad Seren. Sabaudiae Ducem scriptis liquido profiteatur, se non voluisse, immo nec cogitasse quidem vngquam, Seren. Sabaudiae Duci eiusque successoribus bac noua dignitatis concessionem, qua Mediceam domum ornauit, quicquam preiudicari - - - &* hoc amplius Ser. Hetruriae Dux in epistola, qua Ser. Sab. Ducus gratulatione respondit, manifeste contestatus sit, mutuam utriusque Principis amicitiam, ~~atque parem~~ amorem & fidem non pati se antecedere Seren. Sabaudiae Ducem, neque rale quicquam se vngquam in animum induisse &c. Quae verba hic exhibere placuit, quia de ista controuersia aperte loquuntur. Haberemus adhuc alia, quibus Electorem amici munera expleuisse, demonstrare possemus. Ait finem laboris ponimus

hisce terminis & verbis Peccensteinii l.c. Augusto

regnante Saxoniae aurum fuisse tempus.



(1) FA.C.199.1.6.2. de bisseminis.

Vc.2751. 8




St

WD 18

Ruteb.
M.T.



B.I.G.



2457
13

Q. D. B. E. I.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIP E,

GVILIELMO HENRICO
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE, GVESPHALIAE QVE, RELIQUA

D E

**STATV SAXONIAE TEM
PORE AVGVSTI**

A. O. R. MDCCVII. d. Decemb.

PVLICE DISPVTABIT

SVB PRAESIDIO

M. FRID. GOTTHELF. GOTTERI

ALTENB.

RESPONDENS

GVILIELMVS CHRISTIANVS GEBHARDVS

VVILDVNGA VVALDECKVS

I E N A E

AERE MVLLERIANO.